

Berg, Card. Salviatus.
 Ego Phi. Card. à Burdesia,
 Ego Lud. Card. Simoneta.
 Ego Ant. Card. Granvelanus.
 Ego F. Card. Paciecco.
 Ego Marcus Antonius Card. Amulius.
 Ego Hieronymus Card. de Corrigha.
 Ego Jo. Franc. Card. de Gambara.
 Ego N. Card. de Sermoneta.
 Ego Hipp. Card. Ferrarien.
 Ego Innicus Avalos Card. Arag.
 Ego Marcus Antonius Card. Columna.
 Ego Jo. Franciscus Card. Commendonus.
 Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
 Ego Hugo Boncompagnus Card. S. Sixti.
 Ego Alexander Card. Sfortia.
 Ego Alexander Card. Cribellus.
 Ego Franciscus Abundius Card. Castilion.
 Ego Benedictus Card. Lomellinus.
 Ego Gulielmus Card. Sirlenus.
 Ego F. M. Card. Alexandrinus.
 Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
 Ego Vitellocius Card. Vitellius S. R. E. Cam.
 Ego Franciscus Card. Alciatus.

Publicatio.

Anno à Nativit. D. N. JESU CHRISTI 1567.
 Indiſt. 10. die verò 23. menſis Maij, Pontificatus
 Sanctiſſ. in Chriſto patris, & D. N. D. Pii divina
 providentia Papa V. anno ejus 2. retroſcripta litte-
 ra affixa, & publicata fuerunt ad valvas Principis
 Apoſtolorum de Urbe, & Cancellaria Apoſtolica,
 ac in acie Campi Floræ, per nos Jo. Andream Ro-
 gerium, & Nicolaum de Matthan Sanctiſſ. D. N.
 Papa Curſores.
 Antonius Clerici Mag. Curſ.

XXXVI.

Quod feſtum S. Thomæ de Aquino, uti feſtum de
 præcepto S. R. E. in Regno Neapolis, alibi verò
 uti feſtum quatuor Catholicæ Eccleſiæ Docto-
 rum, de cetero celebretur.

Hunc Sanctum canonizavit, & ejus feſtum inſtituit
 Jo. XIII. ut in ejus conſt. 11. Redemptionem. fol.
 202. Tom. 1.

Edita A. D. 1567.

PIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
 memoriam.

Exordium.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, qui ſe daturam
 illos in laudem & gloriam & honorem prophe-
 tæ ore promiſit: ut quos ſicut Sol in conſpectu
 ſuo fulgentes, ob merita ſanctitatis coronat de celo,
 admirabiliter etiam honoraret in ſæculo, & in
 eo quod illis tribui jubet laudis & venerationis
 officio, debitum quoque majeltati ſuz honorem &
 gloriam agnoſceret. Quorum non modo vitam, ſed
 mortem ſepulchra, monumenta, reliquias, & ima-
 gines, ad Catholicæ fidei confirmationem, & ad
 confuſionem hæreticæ pravitatis, ut ſelicus etiam,
 quàm in præſenti vita, doceret vivere mortuos qui
 in Domino moriuntur, ſapiffime dignatus eſt de-
 corare & illuſtrare miraculis.

Joan. XXII.
 canonizavit
 S. Thomam
 ut in bull. cit.
 in rubrica.

§. 1. Ex quo ſanctorum laudabili numero, qui
 catholicam veritatem, corde, opere, & ore roborarunt,
 Angelici Doctoris S. Thomæ de Aquino Ordinis
 Fratrum Prædicatorum in Cælum aſſumpto,
 multis ante annis, orbi terrarum, & divinis & prop-
 riis eſt comprobata teſtimoniis. Nam & miracu-
 lorum ſignis, quibus ſervi ſui Thomæ perpetua ve-
 ræ pietatis opera nobilitare voluit inexhauſta Dei
 benignitas, & certiffima Chriſtianæ regula doctri-
 næ, qua S. Doctor Apoſtolicam Eccleſiam inſinitis
 confuratis hæreſibus illuſtravit, adductus, ſel. re-
 cord. Joannes XXII prædeceſſor noſter, illo in
 Sanctorum numero relato, ejus diem feſtum Nonis
 Martii, quo die nunc etiam colitur, anniverſario
 honore celebrare juſſit.

§. 2. Sed quoniam Omnipotentis Dei provi-
 dentia factum eſt, ut Angelici Doctoris, vi & veri-
 tate doctrinæ, ex eo tempore, quo cœleſtibus Ci-
 vibus adſcriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ
 ſunt hæreſes, confuſæ & conviſtæ diſſiparentur,
 quod & antea ſape, & liquido nuper in ſacris Tri-
 dentini Concilii decretis apparuit; ejuſdem memo-
 riam, cujus meritis orbi terrarum à peſtiferis quo-
 tidie erroribus liberatur, majore etiam quam antea
 grati & pii animi affectu colendam ſtatuiſmus. Quod
 officium noſtrum præter beneficia ex illius ſalutari
 diſciplina in diem magis profeſta in ſacroſanctæ Ec-
 cleſiæ filios, ad quorum paſtorales, paternamque
 curam, Dei benignitati humilitatem noſtram pla-
 cuit evocare, poſtulat etiam aliqua ex parte ejuſ-
 dem Ordinis Prædicatorum communio, & ſocietas,
 unde licet imparibus meritis non etiam, tam-
 quam ex fonte profluximus.

§. 3. Itaque primum ut in Civitate & Regno
 Neapolitano, quod in eam Provinciam, quæ ad
 ſalutarem omnium gentium inſtitutionem, ex no-
 biliſſima familia Aquinate, clariffimum hoc edidit
 Eccleſiæ Dei lumen, tantum inde laudis, decorif-
 que divina bonitas redundare voluerit, de venera-
 bilitium fratrum S. R. E. Cardinalium conſilio at-
 que unanimi aſſenſu, ipſa die nonarum Martii,
 qua præſtantiffimus Doctor migravit in cælum,
 poſthac ſemper univerſi utriuſque ſexus ab omni-
 bus vetitis, ac ſervilibus operibus, laboribuſque
 abſtinentes, feſtum Divi Thomæ ſolemniter ſub
 duplici majori officio ſicut ceteras ejus generis ſo-
 lemnes feſtivities, quæ de ipſius Eccleſiæ præcepto
 ſervantur; in aliis autem Orbis terræ partibus,
 quemadmodum Sanctorum quatuor Eccleſiæ Do-
 ctorum feſtivities piæ mem. Bonifacii Papæ VIII.
 etiam prædeceſſoris noſtri præcepto celebrantur,
 ſic eundem feſtum diem S. Thomæ in perpetuum
 poſthac omnes item utriuſque ſexus Chriſtiffideles
 celebrent, & venerentur, & Apoſtolica auctori-
 tate ſtatuiſmus ac ſancimus.

§. 4. Ut vero etiam memoriæ S. Doctoris majori
 ſtudio ac pietate cultus & debita veneratio adhibea-
 tur, de Omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolo-
 rum Petri & Pauli auctoritate conſiſſi, omnibus
 utriuſque ſexus Chriſtiffidelibus vere poenitentibus
 & confeſſis, qui in ipſo S. Thomæ feſtivities die,
 ſacellum vel altare in Eccleſia S. Dominici Neapoli-
 tanorum ſitum, in quo ſcriptoris Angelici doctri-
 na, Salvatoris Crucifixi ore (ſienti pia teſtatur hi-
 ſtoria) mirabiliter probata fuit, à primis ejus diei
 veſperis, uſque ad occaſum Solis devore viſtaverint,
 ſeptem annos & totidem quadragenas,

§. 5. In ceteris autem orbis terræ partibus, iis
 qui eundem feſtum diem, ut præſertim ſolemniter
 celebraverint, & ad Eccleſiam, quæ apud eos fue-
 rit, vel ſacellum, aut altare ſub ejuſdem S. Thomæ
 invocatione, pie ac devotè acceſſerint, quoties id
 fecerint, toties centum dies de injuncta ipſis poe-
 nitentia per præſentes litteras in perpetuum valituras,
 quas ſub aliis cujuſcumque generis indulgentiarum
 conceſſionibus & illarum revocationibus nullo
 modo comprehendi volumus, miſericorditer in
 Domino relaxamus.

§. 6. Et quia difficile eſſet has ipſas litteras ad
 ſingula orbis terrarum loca pervenire, volumus
 & auctoritate Apoſtolica decernimus, ut earum
 exemplis etiam impreſſis manu Notarii publici ſub-
 ſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati munitis, ubique
 locorum & gentium, in judicio & extrâ eadem
 proſus fides adhibeatur.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
 paginam noſtræ ſanctionis, voluntatis, relaxatio-
 nis, ſtatuti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario
 contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,
 indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri
 & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petram Anno Incarnatio-
 nis Dominicæ, milleſimo quingentefimo ſexageſi-

Hic modo
 Pont. ex cau-
 ſa hic ex-
 preſſis.

Ejus feſtum
 celebrari ju-
 bet ut in
 ſubſ.

Indulg. ejus
 altaris viſi-
 tantibus.

Feſtumque
 celebranti-
 bus conce-
 dit.

Exemplis
 bullæ credi
 jubet.

Sanctio poe-
 nalis.

Diz. P. An. 1.
 die 11. Apr.



Papæ sub-
script.

Cardinalium
subscriptio-
nes.

Publicatio.

XXXVII.

Edita An. D.
1567.

Exordium.

mo septimo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus no-
stri anno 2.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

*Utinam dirigantur via mea ad custodiendas justi-
ficationes tuas.*

- Ego F. Card. Pisanus Episc. Ostiensis.
- Ego Jo. Card. Moronus Episc. Portuensis.
- Ego Christoph. Card. Madrucius Episc. Prænestinen.
- Ego A. Gard. Farnesius Episc. Tusculan. Vicecancell.
- Ego Jo. Mi. Card. Saracenus.
- Jo. Card. Politianus.
- Jo. B. Cicada Card. S. Clementis.
- B. Card. Tranen.
- Scipio Card. Pisarum.
- Jo. Card. Capisuccus.
- Ego Clemens Card. Aræcoli.
- Ego Ja. Card. Sabellus.
- Ego Jo. Antonius Card. S. Georgii.
- Ego Aloysius Card. Cornelius.
- Ber. Card. Salviatus.
- Ego Phi. Card. a Burdesia.
- Ego Lud. Card. Simoneta.
- Ego Ant. Card. Granvelanus.
- Ego F. Card. Paciecco.
- Ego Marcus Antonius Card. Amulius.
- Ego Hieronymus Card. de Corrigo.
- Ego Jo. Franc. Card. de Gambarat.
- Ego Hipp. Card. Ferrarien.
- Ego Innicus Analo Card. Arag.
- Ego Jo. Franciscus Card. Commendonus.
- Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
- Ego Hugo Boncompagnus Card. S. Sixti.
- Ego Alexander Card. Sfortia.
- Ego Alexander Card. Cribellus.
- Ego Benedictus Card. Lomellinus.
- Ego Gulielmus Card. Sirletus.
- Ego F. M. Card. Alexandrinus.
- Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
- Ego Vitellotius Card. Vitellius S. R. E. Cam.
- Ego Franciscus Card. Alciatus.

Anno à Nativit. D. N. JESU Christi 1567. Indict.
10. die vero 10. mensis Junii, Pontificatus San-
ctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pii divina
providentia Papa V. anno ejus 2. retrospectivali-
tere lecta, publicata & affixe fuerunt in valvis
Sancti Petri de Urbe, & S. Jo. Lateranen. Can-
cellariæ Apostolicæ, per nos Jo. Andream Roge-
riani, & Christianum de Monte prelibati Sanctiss.
D. N. Papa Cursores.

Camillus Cherubinus Mag. Curf.

Moderatio indultorum S. R. E. Cardinalium, su-
per collatione beneficiorum.

*Aliam & strictiorem moderationem fecit Greg. XIV.
in sua constit. 19. Sanctissimus. Et postremo Pau-
lus V. in constit. 58. Sanctissimus. in Tomo 3.*

Quoad indulta Cardinalium circa dispositionem be-
nificiorum, quod non communicentur Capitu-
lo, & Canonicis, cum quibus illa aliis essent
communis, vide S. D. N. Urb. VIII. constit. 59.
Accepto inf. to. 4. Quod verò Cardinales præ-
textu indulti etiam cum expressa facultate con-
cedendi, non possint disponere de beneficiis Ec-
clesiæ, cujus regimini cesserunt, cum aliquibus
exceptionibus habes ejusdem S. D. N. Urb. VIII.
constit. 60. Licet, inf. dicto tom. 4.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster
Dominus Pius divina providentia Papa V.

Ex tam multis S. R. E. Cardinalium super be-
nificiorum Ecclesiasticorum dispositione indultis, &
multiplicatione aliarum super aliis facultatum, quæ
quotidie litteris dictorum indultorum diffuse info-

rentur, sepe numero impeditus, quo minus soli-
tam antehac Sedis hujus benignitatem erga paupe-
res, & benemeritos liberaliter exercere possit.

§. 1. Idcirco rationem capere volens, ut tanta de-
hinc ejusmodi indultorum, & facultatum largitione
præcisâ, dictis personis commodius beneficandi
via sibi libera recludatur, omnia & quæcumque indul-
ta, concessionis, facultates, & alia privilegia, confe-
rendi quæcumque beneficia Ecclesiastica, cum cura
& sine cura, secularia & quorumvis Ordinum regula-
ria qualitercumque qualificata, ad collationem,
provisionem, præsentationem, electionem, & quam-
cumque aliam dispositionem, dictorum Cardina-
lium, ratione Patriarchalium, Metropolitanarum
& aliarum Cathedralium Ecclesiarum necnon Mo-
nasteriorum, Prioratum, Dignitatum & aliorum
beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ quomodolibet
obtinere, & in posterum obtinebunt, ac etiam quo-
rum collatio, provisio, & quavis alia dispositio, il-
lis ex causa factæ per eos cessionis, regiminis, & ad-
ministracionis, seu commendæ, aut resignacionis,
Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum
hujusmodi, Apostolica auctoritate reservata
existit, vel in posterum reservabitur, necnon quo-
rumcumque inferiorum collatorum & collatricum,
de jure, privilegio, consuetudine, ac alias quomo-
dolibet pertinentia, & etiam illa commendandi, ac
alias de eis disponendi, omnibus & singulis Cardina-
libus prædictis, etiam de dictorum inferiorum
collatorum consensu, per quoscumque Rom. Pont.
ac Sanctitatem suam, & dictam Sedem, etiam Mo-
tu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica
potestatis plenitudine, & etiam ex patris inter dic-
tos Pontifices & Cardinales diversis temporibus factis,
firmatis, & juratis, ac quibusvis onerosis, &
aliis causis concessa, & etiam iteratis vicibus inno-
vata atque extensa, quibuscumque concepta formulis,
ac etiam restitutivis, mentis attestativis, præservativis,
derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus,
efficacissimis & insolitis clausulis, necnon vim
contractus inducentibus, & aliis decretis sus-
sulta, quorum omnium tenores Sanctitas sua haberi
voluit pro expressis, ac specialiter & expresse revoca-
vit, litterasque Apostolicas desuper confectas, &
quoad ea in quibus illa nondum erant sortita effectum,
& inde secuta quæcumque, cassavit & annullavit,
viresque & effectum de cetero non habere decrevit.

§. 2. Præterea voluit & ordinavit, quod omnes
deinceps litteræ Apostolicæ facultatum & indulto-
rum hujusmodi pro singulis Cardinalibus prædictis,
præsentibus & futuris ad unam tantum Cathedra-
lem, vel majorem Ecclesiam, seu illius loco, unum
vel duo Monasterium seu Monasteria, aut unum
aliud vel duo alia, beneficium seu beneficia in dictis
litteris exprimendam seu exprimendam vel ex-
primendam, quam seu quod, vel quæ ipsi Cardinales ultra
illas sex Episcopales ac presbyterales, & diaconales
Cardinalium Ecclesias tunc temporis obtinebunt,
seu cujus vel quorum collatio eis reservata fuerit,
ut præfertur; ac etiam sublata omnino altera hujus-
modi indultorum parte super consensu ipsorum Cardina-
lium requirendo in provisione beneficiorum
apud Sedem prædictam pro tempore vacantium,
aliis subdictis indultis comprehensorum, de quibus
omnibus Sanctitas sua posthac libere disponere in-
tendit, & etiam citra facultates commendandi Mo-
nasteria, aliisque beneficia Eccl. secularia & regula-
ria, necnon disponendi de Monasteriis, etiam cura
& conventu carentibus, & de dignitatibus, conventu-
alibus, & in Metropolitanis aliisque cathedralibus
post Pontificales majoribus, & in collegiatis Ecclesiis
principalibus. Ac etiam disponendi de beneficiis Re-
ferendariorum causarum Palatii Apostolici Auditorum,
Protonotariorum, & aliorum Officialium dic-
tæ Sedis, necnon familiarium, ceterorumque om-
nium, qui constitutionibus declaratoriis fel. rec.
Pauli Papæ III. ad perpetuam rei memoriam editis
continentur. Denique cum moderatione facultatum
disponendi de beneficiis familiarium ipsorum Car-

Revocatio in-
dultorum S.
R. E. Cardina-
lium circa a
beneficiorum
collationem.

Declaratio
& limitatio
circa fun-
dam illarum
concessio-
nem.

